&diceretur homines iniqui &iniusti · raptores · impii · scelesti in hac uita nihil patiunt
aduersi sed cuncta eis prosperis successibus · Cedunt honores diuitiae potentia
sanitas quoq; eis ipsa &corporis habitudo famuletur · &contra innocentibus ac
piis &colentibus dm̄ innumerabiles erumnae · superueniant abiecti humiles con
tempti · &sub colafis potentium uiuant · Nonnumquam &iam sepius eis morbi quoq;
ipsi corporis dominentur · sed haec ut dixi conqueruntur quis iste ordo iudicii iudi
tur · Quanto enim grauius eos puniri uolunt · de quorum potentia &iniquitatibus
ingemiscunt · Tanto necessariū est differri penas quae si non differentur tempora
les utiq; &leuiores essent · quia finem cū morte reciperent · Nunc uero quia diffe
runtur certum est quod aeternae erunt &cū seculis extendentur · Econtra igit
si uellent iustis &innocentibus in presenti seculo bona reddi essent &iam ipsa bona
temporalia &celeri termino concludenda · Quanto autem magis differuntur
in futurum · tanto erunt perpetua &nescient finem · hoc est ergo quod nos scriptu
rae huius locus paucis sermonibus conprehensus &docuit · Ut sciamus multo esse
grauius accipere peccatum &habere ac secum ad inferna differre · quam in presenti
poenas dare cōmissi · Et ideo haec sciens expedire fidelibus apostolus paulus dicit de
eo qui peccauerat · quem tradidi in quid satane in interitū carnis · hoc est morte
multasse · qui autem sit fructus mortis huius ostendit in sequentibus dicens · ut sps̄
saluus fiat in diem dn̄i nr̄i ihū xp̄i · Uides ergo quomodo apostolus aperte utili
tatem mortis huius exposuit · quod enim dicit tradidi in interitum carnis hoc est
in adflictione corporis quae solet a penitentibus expendi eum quae carnis interi
tum nominauit · Qui tamen carnis interitus uitam spm̄ conferat unde &nunc
si qui forte nostrum recordatur in semet ipso · Alicuius peccati conscientiam · Si
quis se obnoxium nouit esse delicto · confugiat ad penitentiam · &spontaneum suscipiat
carnis interitum · ut expurgatus in presenti uita sps̄ noster mundus &purus pgat
ad xpm̄ dnm̄ nrm̄ · cui est gloria &inperium cū spū sc̄o in scla sclorū · AMEN ·

EXPLICIT QUARTA DECIMA

INCIPIT OMELIA QUINTA DECIMA

DE UINDITIONIBUS DOMORUM ET REDEMPTIONIBUS TRES DIUERSAS LEGES DE DO
morum uenditionibus &redemptionibus p moysen in leuitico datas uidemus

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Bodleian Libraries UNIVERSITY OF OXFORD
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Bodleian Libraries
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bodleian_mslaudmisc452/0545